

**AB**

36 <sup>2</sup>  
h, 36

100  
88

00 0





COMMENTATIO

DE

AUCTORIBUS SCHOLIORUM  
VATICANORUM AD EURI-  
PIDIS TROADES.

SCRIPSIT

CAROLUS BRUNNEMANN,

PHIL. DR.

BEROLINI,  
TYPIS NIETACKIANIS.  
MDCCXLVI.

C O M M U N I T A T I O  
A U C H T O R I T A T E R P R O G N O S E R U M  
K A T I C H A U M M A D E U R T  
P D I S T R I C T U S  
C T R O L O H E N R I C H B R U N N E M A N N

mit dem Gesetz über die Erneuerung der Buchdruckerei und des Verlagswesens



S E K U R I T Ä T S  
L I T T E R A T U R  
W D G C C X T A F

L 2 a

P A T R I C A R I S S I M O

CAROLO HENR. BRUNNEMANN,  
PHILOSOPHIAE DOCTORI, PROFESSORI REGIO, VERBI DIVINI  
MINISTRO

FATRI CTRIASIMO  
TURONIS NON SAIMO  
CVRIOLO HENR. BRUNNEMANN  
REPOLTO MUSICO DOCTOR. 1638

HVGCE STELIOIRIA PRIMIATI

VIR O A M I C I S S I M O

RUDOLFO ALBERTO LEHMANN

SEM. REG. SCHOLL. DOCTT. SODALI

TITLOV

ЛОТОВА



HASCE STUDIORUM PRIMITIAS

SUMMAE PIETATIS ET GRATISSIMI ANIMI TESTES ESSE

RUDOLFO VIBERTO TINNINI

SCVL REG. SCHOLÆ DOCTR. SCVLPI

VOLUIT

AUCTOR.



ημαρτον; ἐν νέοισι δὲ γράφωπων τόδε

ένεστι· συγγράμην δὲ τῷδ' ἔχειν γρεών.

Eur. Suppl. 250.

## AD LECTOREM.

Scholiorum Vaticanorum in Euripidis Troades, quorum  
auctores indagare mihi propositum est, editione L. Din-  
doriana Lipsiae impressa a. 1825 usus sum. In nume-  
randis autem versibus Sophoclis Elmsleium, Euripidis  
Matthiaeum, Aristophanis Bekkerum, Pindari Boeckhium,  
Apollonii Rhodii Beckium secutus sum.

Ubi scholia Vaticana citantur, sola ad Troades, non  
ea ad Rhesum quoque intelligenda sunt. Scholia ipsa  
integris verbis descripsi et quod putai lectori hoc gratum  
futurum esse, et quod nonnulla a mendis purgare nunc  
multis nunc paucis mutatis conatus sum, velut ad 98,  
122, 179, 214, 219, 225, 320, 427, 884, 1096, 1129,

## CAPUT PRIMUM.

SCHOLIORUM VATICANORUM AUCTOREM MAGNAM  
PARTEM ESSE DIDYMUM.

§. 1.

De scholiorum ad Euripidis Troades et Rhesum e  
Ms. Rom. A. Vaticano ab Hieronymo Amatio in lucem  
prolatorum egregia utilitate cum semper constiterit inter  
doctos viros, tum nuperrimum apud Bernhardium(1) est  
judicium, qui »scholia demum, inquit, ad Phoenissas et  
quamvis mutila ad Troades et Rhesum eruditiois Alexan-  
drinae splendorem dilucide ostenderunt.« Codex Vati-  
canus, ex quo haec scholia deprompta sunt, complectitur,  
uti Elmsleius(2) docet, novem tragedias, Troades et  
Rhesum et quae vulgo feruntur septem priores fabulas  
scholiis in margine adscriptis, quae maxime dolendum  
est cum Arseniana *ἐκδόσει* nondum collata esse. Quare  
operae pretium fecisse mihi videor, quod quos illorum  
scholiorum auctores fuisse, non absurde statuas, quam  
probabilissimis rationibus demonstrare conatus sum.

(1) Griechische Litteraturgeschichte Bd. 2, S. 885.

(2) in *praefat.*, ad Eur. Med. p. XVII.

## §. 2.

Ac primum ut hunc finem assequamur, scholium ad Troades 1079 non parvum auxilium nobis ferre videtur: *αἰθέρα τε πόλεως: καὶ τὸν αἰθέρα ἐπιβεβηκώς ὁ Αἴδηνος τὸν ἐμπνοισμὸν ἀπὸ τοῦ αἰθεσθαι.* Quae verba quaerendum est, utrum ex Didymi libro περὶ τραγῳδον-γένης λέξεως, quem illum scripsisse Macrob. Saturn. V. 18 tradidit, an e commentario ad Euripidem desumpta sint. Quamquam autem negare non possumus, priorem sententiam haud mediocrei veri specie commendatam esse, tamen etiam reliquis scholiis quae sub Didymi nomine feruntur ad Euripidem accuratius inspectis neminem dubitaturum esse spero, quin e justo profluxerint commentario, ut de hoc ipso scholio ad Troades recte affirmare mihi videtur Jul. Richterus(1). Ad Hecub. 719, quod scholium jam in Arseniana ἐκδόσει legimus, ut omnia, de quibus nihil aliud notamus, δύστην: τὸ δὲ δύστην ὁ Αἴδηνος φησὶ πρὸς τὸν Πολύδωρον λέγειν τὴν Ἐκάβην· ὡς δύστην Πολύδωρε, ἐμαντήν γὰρ λέγω, δύστηνον ἀνακαλοῦσα σέ, Didymus Euripidis enarratorem se praebet, docens verbo δύστην Hecubam ad Polydori corpus se convertere, quod prae illa jacet. Quae e commentario esse quis est qui neget? Ejusdem generis sunt quae illustrantur ad Hec. 1005 τὸ γὺρον ὑπέγγυον: *Αἴδηνος οὐτος τὸ ἀληθὲς φησὶν οὔτε παρὰ τῇ δίκῃ, οὔτε παρὰ τοῖς θεοῖς ἔμπεσον ἀφανίζεται.* τοῦτο δὲ δια τὸν Πολυμηνίστορα, ὅτι μέλει τιμωρηθῆναι, πρῶτος ἀρχάμενος τῶν ἀτόπων. In scho-lio ad Hec. 829, quod extat in solo Florentino 21, καὶ

(1) De Aeschyli Sophoclis Euripidis interpret. Graecis p. 87.

τας ἀνάγκας οἱ νόμοι διώρισαν(1): ὁ δὲ Δίδυμος· οὐ·(2)  
μᾶλλον ὥφειλεν εἰπεῖν, ὅτι τὸν νόμοντος αἱ ἀνάγκαι διο-  
ρίζονται· αἱ γὰρ ἀνάγκαι καὶ τῶν νόμων ἐπιφατεστέραι,  
οὐχ οἱ νόμοι τῶν ἀναγκῶν. καὶ τῶν οὐν τὸ ἔτατον εἰπεν  
animadvertisit in poetam a recta sententiarum ratione de-  
flectentem: quae observatio quem in tragico lexico lo-  
cum habere potuit? Nec magis liber περὶ τραγῳδοιμένης  
λέξεως scholii ad Hec. 870 esse fons censendus est,  
nam ibi ex insulae Lemni historia Didymus narrat, Pe-  
lasgos Athenis expugnatis magnum captorum Athenien-  
sium numerum in Lemnum abduxisse, in primis feminas,  
quae quamvis incolarum uxores factae essent, postea  
illos ad unum omnes interfecissent; inde natum esse

(1) In Matthiae scholiorum collectione hoc scholium Lem-  
mati: δεινόν γε θυτοῖς inepte adjunctum est aut codicis Floren-  
tini librarii negligentia aut Matthiae ipsius incuria, quod ut qui  
codicem oculis meis non inspicerim decernere néqueo.

(2) Perverse legitur οὐ μᾶλλον, quod neque omissio οὐ ne-  
que interrogationis signo in fine enuntiati posito sanandum est.  
Usus autem ita a me positi οὐ innumeris locis Platonicorum dia-  
logorum firmatur, ubi alter alterius verbis voce οὐ per ellipsis  
eversis suam ipsius sententiam fert. Neque alias vocis οὐ apud  
tragicos est usus, velut Soph. Oed. Tyr. v. 1040:

οὐκ· ἀλλὰ ποιην ἄλλος ἐκδίδωσι μοι,  
ubi e praecedentibus

ἡ γὰρ παρ' ἄλλου μὲνάβεις οὐδ' ἀντὸς τυχών;  
ad οὐκ verba αὐτὸς ἔτυχον supplenda sunt. Cf. nostrae fabu-  
lae v. 57

οὐκ· ἀλλὰ Τροίας ούνεκ· . . .  
πρὸς σὴν αἴθυματ δύναμιν . . . et  
v. 251: οὐδὲ ποιησανταί εἴδομεν οὐδὲ ποιησανταί

Lachmanni, v. ill., quam benigne tecum communicavit, emen-  
datio haec est: οὐδὲ Δίδυμος οὐτας. μᾶλλον ὥφειλεν εἰπεῖν κ. τ. λ.

proverbium τὰ Αἴγυρια κακά. Aliud criticae artis, qualis exerceatur a commentatore, non a lexicographo, ad Med. 171 extat specimen, ubi nutricis verba Θέμην εὐταιάρι Ζῆρα φ' Didymus sustinet, quamquam Medea, cuius dicta illa refert, non nisi Themin nominavit, quod Juppiter lateat in verbis διά μον κεφαλῆς φλὸς οὐρανία βαῖη. τις γὰρ, inquit, εἶχεν αὐτῇ ἐπιπέμψα τὸν κεφανὸν, εἰ μη ὁ Ζεύς; Atque ad Med. 360 et 383 vituperat histriones, qui versum σιγῇ δόμους εἰσβᾶσ, ἵν ἔστρωται λέχος in falso loco posuerint. Quid quod parum credibile est, lexici ambitum aliis interpretibus refellendis tam late patuisse, ut sit ad Orest. 1369, ubi Didymus vetat τὸ ἀρμάτειον μέλος intelligi τὸν θρῆνον τὸν ἐπὶ τῷ ἐλκνημῷ τοῦ Ἔπιτορος γενόμενον, quae est priorum sententia. (1) Idem ille ad Phoen. 748 tuetur verba ἐπτάπνηγοις πόλιν μολὼν auctoritate Aeschyli Sept. in Theb. contra eos, qui illa γελοῖος dicta esse volunt, quod Eteocles urbe nondum egressus sit. Ad Med. 149 verbum ἄτες, quod interpretatur ἡκούσατε, adversus chorum pronunciari vult, ab aliis dissidens, qui Jovem compellari contendunt. Similiter ratione ad Med. 276 Parmenisco adversatur in rebus narrandis a Creophylo discrepanti, quem sequitur ipse. Extat praeter ea ejusdem ad Med. 732 grammatica interpretatio, quae tam presse poetae verba respicit, ut non nisi ad haec illustranda scriptam eam esse apparere. (2) Nec magis lexicographi munere fungit, qui

(1) Quod scholium in Etym. Magn. quoque v. ἀρμάτειον legi monet Gust. Wolfius de Sophoclis Laurentionorum scholl. varr. lectt. p. 17.

(2) Λόγοις δὲ συμβάσ: Δίδυμος δὲ φησὶ ἐλλείπεν τὴν διά, ἵν τὴν διὰ τὰ ἐπικηρυκεύματα,

quae pulchra et venusta, quae non a poeta facta sint, odoratur: quo genere artis criticae Didymus utitur etiam ad Phoen. 1748, cum Oedipi verba πρὸς ἥλικας φάγηθι σάς aptis rationibus confirmet, atque ad Androm. 867, cum poetae exprobret, quod de Oreste ψευδῆ καὶ ἀποστα

## §. 3.

Cum igitur pro certo nobis constare debeat, quae cunque ad Euripidem scholia Didymi nomine insignita leguntur, nihil aliud nisi justi commentarii particulias esse, alterum nobis existit officium ex his scholiis explicare, qua ille in interpretando ratione usus sit. Apparet enim eum studio suo complexum esse artem grammaticam, interpretationem verborum rerumque cognitionem, correctionem errorum, qui per scripturam dictio nemve fiunt, atque judicium, quo quae venusta quae prava in poeta sint, subtiliter judicetur. At tantum abest, ut in his exemplis e Didymi commentariis ad Euripidem sumptis acquiescere liceat, ut, quo perfecte deprehendatur ejus ars, caeterae etiam nobis traditae scholiorum collectiones pervestigandae sint. Quae opera si quali in tragicis poetis ille versatus sit studio, quaeras, non ultra scholia ad Sophoclem procedit, in quem Didymum commentatum esse, Athen. II. p. 70 C. testatur, nam in Aeschylum labore eum insumpsisse veri simile non est, cum non solum in scholiis Aeschyleis Didymi nomen nullo loco legatur, verum etiam apud veteres ejusmodi testimonium desideretur, qnam ob rem Rich-

terum modum non retinuisse certum habeo, qui (1) »Didymus, inquit, suo Marte in tragicos omnes, Aeschylum dico et Sophoclem Euripidemque commentatus est.« Sophoclis autem enarrator primum nominatur Didymus ad verba in primordio Antigonae ἀτῆς ἀτέο, cf. schol. ad Hec. 1005; adde scholium ad Ajacem 408. Idem auctor renunciatur scholii ad Ant. 722, ubi postquam abruptus sermo εἰδὸν οὐν — verbis εἰ δέ τις ἀνόητος εὐρεθῇ explicatus est, sequitur ὁ Δίδυμος φησὶ . . ., cuius in verbis, quamquam temporis injuria intercepta sunt, aliam illius ἀποστολήσεως explanationem fuisse apparet. Porro scholia ad Oed. Col. 237 οὐδὲν δὲ ἐν τοῖς Αἰδίνου τούτων ὀβελισθὲν εὑρομεν et ad Aj. 1225 demonstrant, Didymum in Sophoclis quoque tragediis de lectionis integritate quaesivisse, ut in Euripidis ad Med. 860 et 883. Quae ad Ant. 45 legimus: Δίδυμος δὲ φησὶ ἡπὸ τοῦ ὑπομνηματιστῶν τὸν ἔξης στήχον νεροθεῦσθαι, ejusdem generis sunt, quo scholia ad Med. 149 et 276, ubi priores commentatores tentat. Ad Oed. Col. 763 jubet Didymus πείρας legi, non πείρας, priores quoque respiciens, ubi versatur in argumentatione grammatica, ut ad Med. 732, quo loco ellipsis praepositionis διά explicat. De sermone grammaticae agit idem ad Oed. Col. 156(2).

## §. 4.

Quibus cum scholiis ad Euripidem et Sophoclem, quae e Didymi commentariis sumpta esse, ita certum est, ut nonnulla etiam Didymi verbis ipsius explicata

(1) p. 91 libri de Graec. interpp., quem supra laudavimus.

(2) ἀλλ' ἵνα μὴ προσπέσῃς: ἀντὶ τοῦ μὴ προσπέσῃς.

sint, ad Hec. 829, 870, 1005 et e parte Med. 171, si Vaticana scholia ad Troades contulerimus, non solum in universum eandem in commentando rationem, sed etiam maximam similitudinem in singulis facile animadvertemus.

Quodsi quaeras, qua arte in universum auctor scholorum Vaticanorum usus sit, sententiae enarratorem se praebet ad 15, 41, 61, 98, 101, innumeris aliis locis; historiam et res geographicas mythologicasque et antiquitates exponit, velut ad 9, 16, 89, 214, 218; obscurum sensum et voces illustrat, velut ad 27, 29, 108, 141, 267; grammaticae rationem habet ad 14, 210, 285, 373, 460, 990, 1064; lectionis varietatem attingit ad 32 et 396; poematis elegantias et venustates expendit ad 1, 36, 1057, 1129.

### §. 5.

Cum jam de singulis dicendum sit, non acquiescimus in scholiis ad Euripidem Sophoclemque, sed etiam quae ad Homerum, Pindarum, Aristophanem, Apollonium Rhodium sub Didymi nomine tradita ansam ad conferendum habent, intueamur. Ac primum ut ad Hec. 719 Didymus docet, Hecubam verbo δύστηρε Polydorum allocutam esse, sic legimus ad Troades 98 ἀνα δυσδαιμον: πρὸς ἑαυτὴν ταῦτα ή Ἐκάβη λέγει. Quae autem statim sequuntur hujus scholii verba: ἀνα: ἀναστρ. τὴν κά σου ὃ ἐκάβη ὁ δέ λόγος ἀνα δυσδαιμον . . . . . ἐκ θεῶν δύσδαιμον κεφαλ' γεγονια . . . . . ηδε παι δόθεν κεφαλ' ἐμπαθέσθερον . . . . . ὑποκειμένοις οἰκείοις ἔχονσα. ήγαρ ε . . . . . ἑαυτὴν διὰ τάς σομφορὰς ἐπὶ τοῦ ἐδαφοῦς . . . . . οἰκείως ἐπέλεξεν τὸ ἐπάειρε δέρι: ν ώς

πεπτωκής αὐτῆς. καὶ κεκλιμένης ἐπὶ τοῦ ἐδάφους lacunis expletis hunc in modum emendanda esse arbitror: ἀνα· ἀνάστρεψε τὴν κεφαλήν σον ὁ Ἐκάβη. ὁ δε λόγος πάντα δυσ· δαιμῶν — οὗδε γὰρ ἐκ θεῶν δυσδαιμῶν κεφαλὴν γεγο· νιᾶ ἔστι — πεδόθεν κεφαλὴν ἐμπαθέσθερός ἔστιν, αὐτῆς (i. e. Ἐκάβης) παρὰ ταῖς ὑποκειμέναις οἰκε· τισιν ἔτι οὖσας ηγάρ Ἐκάβη ἐρριψεν ἔαντην διὰ τὰς συμ· φορὰς ἐπὶ τοῦ ἐδάφους καὶ τὴν οὐρὴν (1) οἰκείως ἐπέλεξε τὸ ἐπάειος δίφην, ὡς πεπτωκής αὐτῆς καὶ κεκλιμένης ἐπὶ τοῦ ἐδάφους παὶν συνέστηκεν. Caetera recte se habent, si conferamas verba Hecubaे v. 483. Item ad Tr. 179. πολοις δοϊκτοις: δνν..... (fort. δύναται λέγεσθαι) πρὸς τὴν Ἐκάβην; ad 308, πρὸς τινα ποιεῖται τὸν λόγον διδονχοῦται; ad 446 ρυτὸς οὐκ ἐν ἡμέρᾳ: πρὸς Ἀγαμέμνονα λέγει; ad 525 πρὸς ἔαντος δέ φασι παρεκελεύοντο οἱ Τρῳές· τοῦτο τὸ ἴερὸν ξόανοι τὸν ἵππον ἄγετε τῇ Ἀθηνᾷ.

Porro ubi Didymus enarratoris partes agit, paraphrasibus poetae verba explanare dilucidareque solet, ut ad Hec. 1005 τὸ γὰρ ὑπέργυνον δίκαι καὶ θεοῖσιν οὐ ξυμ· πινεῖν verbis τὸ ἀληθὲς οὔτε παρὰ τῇ δίκῃ, οὔτε παρὰ τοῖς θεοῖς ἐμπεισὸν ἀφανίζεται circumscribit, quod genus interpretationis cum passim inveniatur in scholiis Vaticaniis, satis habeo breviter attigisse, nonnullos tantum ex iis indicans locos, in quibus ejus generis maxime perspicua dentur specimen, ut ad Tr. 122 scholiorum auctor integrum parophrasim verbis ὁ δε τοῦς τοιοῦτος incipit. Similes circumlocutiones legimus ad Tr. 197 πολοις δοϊκ· τοις: ἦν ἡ οὐτως· πῶς ἀντάρκως δύνασαι τὰ κατὰ σὲ θρη· νῆσαι; ad 511 ὁ ἔστι· τὴν μέλαιναν κατάστασιν ἔδωκε τῷ

(1) cf. schol. ad Hec. 829.

νῆπων et ad 548 ὁ ἐστι· περὶ τῆς Πλίου ποίησον μεθορηγησαι.

Ut difficiliores et magis obscuras voces Didymus explicat ad Ai. 408 δίπαλτος et ad Aristoph. avv. 530 βλιμάζοντες ἀντὶ τοῦ κακοῦντες, sic reperiuntur ad Tr. 20 δεκασπόρῳ χρόνῳ ἀντὶ τοῦ διὰ δέκα ἑταντῶν; 27 νοσεῖ ἀντὶ τοῦ ἔξασθετε; 29 βοῷ: ἀντὶ τοῦ καταβοῆται; 108 ὄγκον λέγει τὴν εὐτυχίαν μεταφορικῶς; 141 κονδᾶξ ἔνορήκει: τῇ ξνοικῇ κονδᾶξ; 325 τὸ εὖ ἄνε εὖ ὅτι βακχικὰ ἐπιφθέγματα; 517 τετραβάμορες: ἀλληγορικῶς τὸν ἵππον τὸν δούρειον, τέσσαρας βάσεις ἔχοντα· ἀπήνητη γὰρ τὸν ἵππον καλεῖται persaepe alias.

Memoratu dignum scholium ad Oed. Col. 156 est, ubi postquam ἀλλ' ἵνα μὴ προσπέσῃς per ἀντὶ τοῦ μὴ προσπέσῃς interpretatus est, pergit verbis καὶ κατὰ τὴν ἡμετέραν συνηθείαν εἰώθαμεν λέγειν οὕτως, quae argumento sunt, Didimum etiam poetici sermonis indolem observasse, nam structura μὴ προσπέσῃς est ex Atticorum usu, ἵνα μὴ πρ. autem poeticum pleonasmum esse et simul cum vulgari dictione grammaticorum consentire, Didymus adnotat. Quod quis est, qui non expectet ab auctore libris περὶ τραγῳδονμένης λέξεως? Neque in Vaticanis scholiis rari sunt loci, in quibus quae Euripidis propria sit dictio, definitur, ad Tr. 628 οὐ ταῦτὸν ὡς παῖς τὸ βλέπειν: ἔθος ἐστὶ τῷ Εὐριπίδῃ τῷ βλέπειν χρῆσθαι ἀντὶ τοῦ ζῆν· ὡς καὶ ἀλλαχοῦ. τέθηκε σῶμα, τοῦτο δὲ ἀναβλέπει et ad 989 τὰ μῶρα γὰρ: συνεχῶς ὁ Εὐριπίδης μῶρα λέγει τὰ ἀκόλαστα.

Poetae consilium et ars excutitur a Didymo ad Pind. Nem. 1. 7, sic ad Tr. 1 de Euripidis prologis fertur judicium: ἦκω λιπόν: ὅλος ἐπὶ τοῦ θεάτρου ὁ Εὐρι-

πίδης ἢ πρὸς ὁ ἀφορῶν τὸν λόγον τὸν ὁ Ποσειδῶν ποιεῖ παρὼν ἐν τῇ ὑποθέσει πολλαχοῦ δὲ τοιοῦτος ὡς ἐν ταῖς Βάκχαις ὁ Λιόνυσος ἦκω καὶ τ. λ. Ad Tr. 98 dicitur Hecubae sermo εμπαθέσθερος esse, si eum humi jacens pronunciare cogitetur. De poetae ingenio quaestio fit ad Tr. 1057 (1) et ad 1129, ubi sub finem dicitur κομψὰ δὲ ταῦτα πέντα πεπόνκε, παρήρηστο (fort. παρήρητο) δὲ τὸ τραγικὸν κατασκεύασμα· εἰπερ παρῆν ἡ Ἀρδομάχη, οἰκτότερον ἄν ἐγένετο τὸ πάθος θρηνούσης αὐτῆς τὸν ἴδιον πάθα, ἀντικατήλλακτο δὲ τοῦ τοιούτου πάθους τὴν τῆς ἀσπίδος εἰσαγωρήν.

Ad Phoen. 1748 Didymus exponit, qua ratione Oedipodem ita loquentem poeta faciat, cum ille Antigonem in aequalium conspectum se dare jubeat. Non aliter facit auctor scholii ad Tr. 483, ubi de Cassandra agitur, his verbis: ἥδη δὲ διεκορεύθη ὑπὸ τοῦ Αἴαρτος· καὶ πῶς λέγει ἔντην πάρθενος; φαμὲν οὖν ὅτι ὅσον τὸ κατ' αὐτὴν ἤκει πάρθενος ἥν· βίᾳ γὰρ διεκορεύθη et ad 895 διὰ τί Ἐλένη αὐτὸν Μεγίλανον καὶ οὐ πάσιν προσαγορεύει; διὰ τό μετὰ φύσου ἔξαγεσθαι, ἀρχήν φησι τοῦ λόγου.

Quamquam in illo ad Phoen. citato scholio Didymus Euripidem probat, tamen poetae virtutum tam non tamquam coecum facit praeconium, ut ubique hic ei lapsus esse videtur, ne a gravi quidem temperet vituperatione, velut ad Pind. Pyth. x. 56 (2). Sic offendit in scena

(1) ἡδίον μὲν οὐ τόδε: τὸ κατὰ τῶν γυναικῶν μῆσος ἔαυτον καὶ διὰ τούτων παρίστησιν ὁ Εὐριπίδης· οὐ γάρ φησι ἡδίον ἐστί ποτε σωφρονίσαι γυναικας καὶ ἀκόλαστοι πάρνωστιν.

(2) ταῦτα φησὶν δὲ Δίδυμος μετὰ τοῦ γέλοιου καὶ ἀσειρά ἐστιν, οὐ ποτεποτε μηδὲ γέλοιον.

male inventa auctor scholii ad Tr. 36, quod non ipsa Hecuba, simulatque aulaea missa sint, in scenam procedat, sed minus apte ante a Neptuno nuncietur (1). Huc facit, quod ad 408 Talthybius μάταιος appellatur atque ad 864 poeta arguitur in verbis faciendis modum excessisse (2). Eidem ad 906 impunita antithetorum captatio criminis vertitur (3) atque ad 1107 sententia prioribus perverse contradicens (4). Quibus graviora mihi scholia ad 949 et 1049 esse videntur, nam in illo rerum gestarum fidem non servasse poeta dicitur (5), cuius culpae idem sit reus ad Andr. 867 verbis Αἰδημός δὲ ταῦτα φῆσιν εἶναι ψευδῆ καὶ ἀπιστά; in altero, quae in Euripidis verbis ridicula sint, animadvertisuntur (6), ridicula autem ostendere Didymus ne ad Pind. Pyth. x. 56 quidem dubitat.

Saepenumero similia poetarum dicta a Didymo laudantur, ut ad Arist. avv. 704 vocis σίτη illustrandae caussa hunc trimetrum ἐγώ μὲν οὐδὲ Λευκίππη δεξιὴ σίτη citat est, ad 1121 Pindarum testem adhibet ἀμπτενυμα σεμιρόν Λλφειον canentem (7). In scholiis Vaticanis Homeri

(1) τὴν δ' ἀδημίαν: ἄμεινον τὴν ἀπὸ τῶν πραγμάτων παράγεσθαι ὀδυσσομένην τὰ παρόντα. οὗτω (sic legendum esse pro oī recte censem L. Dindorfius) γὰρ ἡ τραγῳδία τὸ πάθος εἰχε· τοῦτο δὲ ψυχρῶς τῷ θεάτρῳ προσδιαλέγεται.

(2) περισσὸν τὸ Μενέλαος εἴμι, ἀνταρκεῖς γὰρ τὸ δάμαρτα τὴν ἐμὴν χειρῶσμα.

(3) καταφρέγεται εἰς τὸ νόσημα τῶν ἀντιθήσεων,

(4) φαίνεται ἐπίλαθόμενος ὃν προείρηκεν.

(5) σοὶσιν ἐν δόμοις: καὶ ταῦτα παρὰ τὴν ἴστορίαν φῆσιν.

(6) καὶ τοῦτο γελοιόν· γελοιότερος δὲ ὁ ἀντερῶν.

(7) quo modo Wolfius in libro de Soph. Laurentii, scholl. p. 16, schol. ad Arist. rann. 716 edd. Bekkerus huc pertinere contendat non intelligo.

auctoritate confirmantur sententiae versuum 6, 9 (Il. B. 517 — 19), 14, 424, 432, 822, Hesiodi 855 et 990, ipsius Euripidis Andromache citatur 1030 et Bacchae ad 1, Callimachi hymni Del. v. 112 ad v. 214, ὁ τὴν Περσηῖδα πεποιηκός (1) ad 31, ex Sophoclis Triptolemo trimeter ad 218, ex parva Iliade quattuor hexametri ad 822 atque quattuor trimetri ex Aristophane, ubi tamen Gdfr. Hermannus (2) hoc modo scribendum esse censem: καὶ Ἀντιφάνης, quem comoediam Ganymedem scripsisse senvatis fragmentis Athen. X. p. 459 testatur, Λαομέδοντος παιδα τὸν Γανυμήδην φησὶ διὰ τὴν τῶν οἰκιῶν κοινωνίαν στέγας δὲ Γανυμήδους ὁρᾶς ἐν τῇδε μὲροῦ ὁ τῶν Φοργῶν τύραννος οἰκῶν τυγχάνει, γέρων ἀπόρρητος, Λαομέδων καλούμενος.

Nec raro Alexandrinus noster in antiquis moribus institutisque versatur, velut ad Or. 1369, ubi vocem τὸ ἄρμάτειον μέλος e Graecorum more ortam esse narrat, οὐτὶ αἱ ἀρχαὶ παρθένοι εἰς τὸν θαλάμοντο διὰ τῶν ἄρμάτων ἤγοντο. Sic ad Tr. 320 nuptiarum diebus puellae traduntur faces incendere solitae esse (3) atque ad 1175 explicatur multis verbis κῆπος per modum quendam comas tondendi. Adde scholium ad Tr. 1189, ubi in lemmate γράψειν pro τράψειν legendum est: εἰώθασιν ἐν τοῖς τάφοις τῶν ἀποθηκούντων γράψειν τὰ ἀνδραγαθῆματα.

Etiam ubi sit locorum a poeta nominatorum situs

(1) non dubito Ἰλίου πέρσιν legendum esse.

(2) Opuscull. Vol. V. p. 183.

(3) ἐξ αὐγῆν: ὥστε αὐγὴν καὶ αἴγλην ποιεῖν σ., (lege σοι) ὡς ψιλέναιε· ἢ σὲ ὡς Εξά(βη) διδούσα φῶς· ὥστερ τόμος ἔστι ταῖς παρθένοις· ἐδός γὰρ εἰχον πᾶνδ ἀνάπτειν ἐπὶ τὸν γάμον.

permultis in scholiis inquiritur, ad Tr. 89 Myconi, 214  
 Penei, 219 Aetnaeae terrae; quae sequuntur: ἀτήρη  
 σικελία τὴν Αἰθίγην εἴρηκεν . καὶ τὴν παρχεδόνα παρόσον  
 λελύβαιον ἀκρωτήριον τῆς σικελίας ἀντικρὺν πεῖται τῆς παρ-  
 χεδόνος . εἰς ἦν ἀπώκησαν Τύρροι· ἔστι δὲ ἡ παρχεδόν  
 . . . . . οἱ λέγοι δὲ πρότερον τῶν τρωιῶν . . . . .  
 οἱ αὐτίδως ἀπώκηνεν τοὺς τυρρ . . . εἰς αὐτήν . ἀράρουν  
 καὶ παρχεδόνης ἥγονυμέρων . ἀφ' οὗ καὶ τὴν ὄρομασταν ἔσχεν  
 ἡ πόλις . τινεσθασι καὶ τὴν ρώμην καὶ τὴν παρχεδόνα ἀπὸ  
 τῆς πρώτης ὀλυμπιαδος πτισθῆναι, hunc in modum satis  
 probabiliter emendasse mihi videor: ἀτήρη Σικελίᾳ τὴν  
 Αἰθίγην εἴρηκε καὶ τὴν Καρχηδόνα, καθ' ὃσον τὸ Αἰλύβαιον  
 ἀκρωτήριον τῆς Σικελίας ἀντικρὺν πεῖται τῆς Καρχηδόνος, εἰς  
 ἦν ἀπώκησαν οἱ Τύρροι . ἔστι δὲ ἡ Καρχηδόνων πτιστὴ ὀλύρῳ  
 πρότερον τῶν Τρωιῶν, ὡς Κτησίας ὁ Κρίδιος ἀπώκηνεν  
 τοὺς Τύρρους φησὶν εἰς αὐτήν, Ἀξέρουν καὶ Καρχηδόνος  
 ἥγονυμέρων, ἀφ' οὗ καὶ τὴν ὄρομασταν ἔσχεν ἡ πόλις. τινές  
 φασι καὶ τὴν 'Ρώμην καὶ τὴν Καρχηδόνα ἐπὶ τῆς πρώτης  
 'Ολυμπιαδος πτισθῆναι (1).

Ut Didymus in enarrandis rebus gestis, mythis,  
 deorum cultu uberrimus est, velut ad Hec. 870 et Med.  
 276, sic ad Tr. 9 bellorum sacrorum caussae secundum  
 Thucydidem exponuntur et ad 427 Hecuba traditur in  
 Thracia canis speciem induisse, quod scholium hoc modo  
 legendum esse censeo: τὰ λοιπὰ: ἐν γὰρ Θράκῃ πών  
 γενομένη ἀπέθανεν. Cum his locis faciunt, quae ad 727  
 commemorantur de Herculis in Trojam expeditione et  
 ea, quae disseruntur ad 855 de Tithoni et ad 1128 de

(1) Cf. quae de Italia ad 225, de Crathide ad 229, de Scyllā  
 et Charybde ad 425 disputata sunt.

historia Pelei, qui ab Acasto vel ejus filiis expulsus in insula Coë supremum diem obiisse dicitur. Accedunt narrationes ad 446 de Agamemnone noctu a Clytemnestra imperfecto et ad 448 de Cassandra sine sepulchri honore projecta, ubi simul annotatum est, hanc rem a nullo historico memoriae proditum esse. Adde praeter ea scholia ad 16, 457, 928.

Etyma sectatur Didymus Arist. avv. 149, *Ἀέρων ὀνομάσθαι διὰ τὸ τὴν γόργαν αὐτὸν λέπειν*. Sic in Vaticanis scholiis ad 14 δούρειος ἵππος dicitur esse ligneus equus, quod δούρειος sit a τὰ δοῦρα ἥγοντι τὰ ξύλα. Ad 990 nomen Ἀργοδίτην ab ἀρόρητος ducitur, quam etymologiam poeta ipse complexus est versu: *Κύπροις γὰρ οὐ φρονητὸς, ἦν πόλλῃ ἄνη*.

Proverbia laudat Didymus ad Hec. 870 et Arist. rann. 968. Sic legimus ad Tr. 1051 οὐκ ἐστ' ἐραστῆς ὅστις οὐκ ἀεὶ φιλεῖ: ὁ στήχος οὗτος ἐν παροιμίαις φέρεται.

Ellipsis praepositionis demonstratur a Didymo (1) ad Med. 732 verbis ἐλλείπειν τὴν διὰ, in simili re versatur scholium ad Tr. 285 δῆλον ὅτι τὸ ἐνταῦθα, τοῦτο γάρ λείπει et ad 460 λείπει ἡ εἰς. οὐκ εἰς μακρὰν ὁ ἐστι μετ' ὀλύγον.

Porro Didimum priorum interpretationes suis oculis inspexisse et integro judicio, quae ex iis placerent, in usum suum convertisse, dilucide demonstravit Lehrsius (2) multis exemplis e scholiis ad Iliadem depromptis. Sic in nostris scholiis ad 1175 explicatio Eratosthenea vocis

(1) Wolfius de scholl. Laurr. etc. sine caussa Pind. Nem. IV. 14 citat p. 17, ubi similia non repperi.

(2) In cap. 2 libri de Aristarchi studiis Homericis.

*κῆπος* accurate dijudicata accipitur. Neque alio modo ad 1113 nonnullorum interpretatione probatur, quod argumentum historicum additur, ut mihi videtur (1). Ita factum est, ut non raro hypominematistis dissideat, ad Pind. Ol. VI. 55 et Nem. III. i., quorum nomina non nunquam adducit, Aristarchi ad Nem. IV. 151, Arist. rann. 968, hujus et Apollodori ad Nem. X. 144, Eratosthenis ad Apollon. Rhod. I. 972. Quam in tractandis priorum commentariis rationem etiam cum Vaticanis scholiis optime convenire, multis comprobatur exemplis, quale est ad 14, ubi scholii auctor etymologiam ab aliquo priore institutam respiciens melioreme ipse proponit (2). Ad 220 autem is, qui enarrator est, a Parmenisco, qui Siciliam exadversus Phoeniciam jaçere contendit, dissentiens Libyae illam et Carthagini oppositam esse docet ac similiter facit ad 1315 (3). Quibus comparari posse mihi videntur, quae sunt ad 310: *καθαίρω φησὶ τὸ ιερὸν*; *οὐχ ὅτι ἐν ιερῷ οὐν· ἀλλ᾽ ὅτι μαινομένη ἐν ιερῷ έρομένη εἶναι.*

Lectionum varietas a Didymo diligenter notatur ad ll. B. 111, 397, 425, sic ad Tr. 32 lectioni *Τραύδων* altera adjungitur *παρθένων* et ad 396 *ἥρξις* et *ἴξις* componuntur.

In rebus autem difficilioribus criticum se praestat tam cautum, ut non solum alienam opinionem aliquo

(1) *τινὲς θεᾶς μέλαθρον* · *ἢ προσυπάκουστέον αὐτὸν ἔξωθεν* · *ἐστὶ δὲ χαλκειοίκου Ἀθηνᾶς ἐν Σπάρτῃ ιερόν.*

(2) *Ψυχρῶς ἐτυμολόγησε τον δούρειον ἵππον ἀπὸ τῶν δοράτων* · *σύμεινον γάρ παρὰ τὰ δούρα πεποῆσθαι ἥμουν τὰ ἔντα.*

(3) *δάνατος σσιον* : *ὅτι ἐτὶ τοῦ Ἐρετίου Διός ἡ σφάγη* · *τινὲς δὲ διὰ τὸ αὐτὸν μὲν εἰναι σσιον, ἀνοσίαν δὲ τὴν σφαγὴν.*

modo commendatam cum sua ipsius comparare non dubitet, sed etiam interdum, quod melius proferat, se non habere, libere profiteatur, Arist. vespp. 1178 (1). Hoc modo auctor scholii ad Tr. 308 Cassandrae verborum duplicum statuit explicationem (2). Idem in lectoris arbitrio ponit, utrum versus 456 per interrogationem legendus sit an per affirmationem: κατ' ἐρώτησιν — η̄ ἀποφασικῶς. Ad vers. 884 interpretatus γῆς ὄχημα esse πέρι, ἀλλοὶ γάρ εἰστι καὶ ἐπάνωθεν καὶ κάτω, ὡς τὴν γῆν εἶναι μετέωρον addit verba δύναται καὶ οὐτως· ὁ διέκουν διὰ πάντα τοῦς; cui ipse faveat sententiae tam non significat, ut potius censeat καὶ μήποτε εἴστι βέλτιον, quae Didymi, qua erat modestia, propria esse docet Lehrsius (3); cf. scholium ad Pind. Nem. X. 114. Duplex interpretatio admittitur etiam ad 971, quod tamen scholium magnopere corruptum esse videtur, ad 1090 (4), ad 1196 (5), ad 1064 (6). Ad 1317 legimus nihil nisi θεῶν μέλαθρα aut deorum altaria esse aut urbem ipsam a diis aedificatam.

Eadem denique ratione, qua ad Oed. Col. 156 Didymus invenitur syntaxis explicator, in Vaticanis scholiis

(1) cf. Lehrsius de Aristarchi etc. p. 31.

(2) ὡς πρός τινα ποιεῖται τὸν λόγον διδουχοῦντα κ. τ. λ. δύναται δὲ πρός ἔστατην λέγειν.

(3) de Aristarchi etc. p. 31.

(4) κατάφρα : ἐστεγασμένα, πεπυκνωμένα τοῖς δάκρυσι. κατηίσθι τῇ βοῇ. η̄ βοῶντι η̄ ἥψιμα.

(5) δι τύπος τοῦ Ἐκτορος, συμβέβηκεν εἶναι ἐκ τοῦ ἰδρυτος. η̄ ἀπλός δι ἰδρυτας κεῖται, ὃν ἔταξεν (lege ἔσταξεν) δι Ἐκτωρ ἐκ τοῦ μετάπου τοῖς περιδρόμοις τῆς ἀσπίδος.

(6) σμύρνης ἀδερφίας: εἰς τὸν αἰθέρα φθανούσης η̄ τῆς αἰθομένης τὴν ἀκρόπολιν.

ad Tr. 210 conjungitur accusativus διατ̄ cum praegresso ελθοιμ, ad 225 accusativus τὴν ἀγγιστείνοσαν γῆν cūm verbo, quod antecessit, ἀκούω, ad 1064 καττὸν cūm προνόδων ac praecipitur ad 373 de plurali quēm vocant majestatis (1).

## §. 6.

Quibus exemplis, quae sine aliqua opera augere possem, demonstrasse me arbitror, tantum abesse, ut universa ratio, qua in Euripide pertractando Vaticanorum scholiorum auctor usus est, a Didymi ingenio aliena sit, ut vel in singulis non rebus solum, sed etiam ipsis verbis maxima inter utrumque intercedat similitudo; quo vel inviti in eam adducimur sententiam: Didymum scholiorum Vaticanorum ad Troades quoque maximaē partis auctorem esse. Nam in Euripidis fabulas illum commentatum esse inter omnes constat atque quae explicatio in nostris scholiis sub Didymi nomine tradita legitur, eam ex justo commentario esse in prooemio supra solam speciem veri effecisse mihi videor.

Nec levis momenti est, quod omnes scriptores, qui in scholiis ad Troades citantur ad unum omnes tempore priores sunt, Didymo. Nam ut Homerum, Hesiodum, Sophoclem, Euripidem, Thucydidem omittam, laudantur ad 44 Aristophanes grammaticus, ad 89 Neanthes Cyzicenus, qui Suida auctore rhetor fuit et discipulus ejus Philippi Milesii, qui Isocratem oratorem audiverat, est ergo Neanthes Duridi Samio fere aequalis Ptolemaei

(1) τέκνων: το ἐπὶ Ἰφιγενείας εἰπών πληθυντικῆς λέγει τέκνων ἀντὶ τοῦ τέκνου.

Philadelphi temporibus Diog. Laert. I. 99, ad 214 Callimachus, 318 Parmeniscus, quem Aristarcheum Fr. Aug. Wolfius (1) vocat et Cratetis Mallotae adversarium fuisse in primis scholium ad Il. Θ. 513 docet. At in eum mox nobis redeundum erit. Citatur praeterea ad 822 Melanicus, in quo nomine sine dubio latet Hellenicus logographus, cuius scholii praecipua est utilitas, quod nos certiores facit, ab antiquis tres Iliadis parvae auctores recensos esse Thestoridem Phocensem, Cinaethonem Lacedaemonium, Diodorum Erythraeum. Ad 822, qui nominatur, Antiphanes comicus sic scribitur e conjectura Gdfrd. Hermanni et ad 1175 Erathostenes. Praeter hos ad 31 Lysimachus et ad 225 Aeschrio citantur, de quibus cum minus noti sint, paulo prolixius nobis dicendum est.

## §. 7.

Lysimachus, quem Alexandrinum fuisse discimus e scholio ad Oed. Col. 91, a Suida non nominatus, cui sub hoc nomine solus filius Aristidis justi notus est, nullo modo ante Apollonium Rhodium vixisse potest, cum inter hujus poetae interpretes citetur in scholiis ad Argonautica I. 558. Eundem appellat Athen. IV. p. 158. C. νόστων auctorem atque e scholio ad Oed. Col. 91 sci mus eum Thebaica scripsisse, dum ad Eur. Hipp. 545 Lysimachus ἐν τοῖς Θηβαικοῖς παραδόξοις citatur, quod cum illo idem opus fuisse arbitror. Titulo παράδοξα autem eo adductus sum, ut prioribus Alexandrinis Lysimachum adnumerem, quibus ἀπορίας, προβλήματα, πα-

(1) in Prolegg. ad Hom. p. CCXLIV not. 30.

*ράδοξα* scribere morem fuisse, notum est, ut Sosibius et Callistratus Atheniensis fecerunt, in quos propter hunc amorem Athen. I. pag. 22. illudit. Lysimachus igitur ut mea opinio fert, vel Apollonii Rhodii aetate vel haud multum tempus post eum viguit, donec testimoniis antiquorum scriptorum, quae adhuc desiderantur, posteriorem esse Didymo alii demonstraverint.

Aeschriones cognovi tres e scriptis veterum: Sanium jambographum, qui nominatur ab Athen. VIII. p. 335 C. et VII. p. 296. E. et cuius jambos apud Tzetzem et in Anthologiis hic illic legimus. Qui mihi idem esse videtur atque qui ab Harpocratione sub Κέρωψ citatur verbis Αἰσχρίον ὁ Σαῦδιανὸς ἐν τοῖς λαμπτοῖς. Alter est apud Suidam Μινυληραῖος ἐποποῖος ὃς συνεξεδήμει Αλεξανδρῷ τοῦ Φιλίππου(1). Tertius fuit medicus Galeni magister, Galen. Θεραπευτικῆς μεθόδου IV. 7. E scholio ad Troades docemur, ab Aeschrione relatum esse Crathim fluvium in Peloponneso comas eorum, qui in eo lavarentur, flavo colore infecisse: quod narratnm fuisse in epico carmine a vero haud alienum esse censeo. Qui vero hoc ex jambico poemate depromptum esse contendent, mihi non probabuntur, cum minus apte iambo-graphi testimonio niti mihi videatur, qui geographicā eruditione expedire aliquid velit.

### §. 8.

Didymum igitur scholiorum Vaticanorum praecipuum auctorem fuisse statuamus. Cujus industriam quis est,

(1) Pergit Suidas ἡν δὲ Ἀριστοτέλους ἐρώμενος, ὡς Νίκανδρος ὁ Ἀλεξανδρεὺς ἐν τῷ περὶ τῶν Ἀριστοτέλους μαθητῶν.

qui nesciat, fuisse tantam, ut non solum a Graecis prædicaretur ὁ χαλκέτερος, βιβλιολάθας, ὁ Μέγας, Suid. s. Άπλων, sed etiam apud Romanos summa floreret auctoritate, e quibus Macrob. Saturn, V. 18. eum grammaticorum facile eruditissimum et 22 omnium quique sint quique fuerint instructissimum atque Ammian. Marcell. XXII. 16. multiplicis scientiae memorabilem nominant. At eximia ipsa diligentia, qua priorum interpretum sententias plerasque scriptis suis complexus erat(1), factum est, ut jacturam quandam fecerimus minime levem. Etenim cum quae a prioribus cogitata erant, maximam partem a Didymo collecta invenissent, qui post eum extiterunt, grammatici et judicio et cura omnino inferiores in excerptis ejus commentariis acquieverunt, ut veterum illorum notitia fere abolesceret, et quae ipsi concinnabant mox in meras abirent glossas codicum MSS. in marginibus inscriptas, qualia sunt scholia, de quorum auctoribus agimus, in Ms. Vaticano. Quae tamen non ita disputata volo, ut quamvis suo jure Bernhardius(2) Didymum scholiastarum omnium tamquam patrem et principem nominet, una cum hoc eruditioris grammaticae studium plane extinctum esse arbitreris. Immo ipsius Didymi aetate et post ejus mortem, ut mox videbimus, grammatici quidam extiterunt, qui illi non obnoxii tum in tragicos tum in alios poetas commentati sunt.

---

(1) Boeckhius præfat, scholl, ad Pind. p. XVII.

(2) Griech. Litteraturgesch. Bd. I. p. 386.

## CAPUT SECUNDUM.

ALTERUM EXTARE AUCTOREM VATICANORUM  
SCHOLIORUM APOLLODORUM CYRENAEUM.

## §. 1.

Quamquam neminem jam dubitaturum esse spero, quin scholiorum Vaticanorum major pars Didymi curae debeatur, tamen priusquam demonstravero quis praeter eum illorum auctor judicandus sit, operis tantum dimidium absolvisse mihi videbor. Nam quominus Didymo omnia, quaecunque in scholiis illis leguntur, vindicemus, obstat quod saepe velut ad 9, 122, 626 diversae interpretationes tamquam manu conglutinatae neque ullo alio dijudicationis signo compositae quam verbis ἀλλως et οὐτοις inveniuntur. Quamquam enim Didymum non nunquam duas ejusdem rei explicationes admittere vidi-  
mus, tamen id non leví negotio facit, quod exemplis statim demonstrabo, sed ita, ut bene intelligas, et unius et alterius caussas diligenter eum perpendisse. Recor-  
deris sis unius scholii ad 307, ubi auctor, quem Didymum esse demonstravi, dupliciter statuit de Cassandra aut cum taediferis aut secum ipsa verba faciente: ἀνεγέρτης πάρεχε; οὓς πρός τινα ποιεῖται τὸν λόγον διδούσκοντα. ανα-  
γόρει φησὶ καὶ πάρεχε ὅδον. δύναται δὲ πρός έαντὴν λέγειν αὐτὶ τοῦ ἀνεγέρτης καὶ φέρε. Quae quicunque integro judicio legerit, concedet mihi, non nisi ab uno interprete dicta esse posse, qui lectori inter duas interpretationes aequre probabiles copiam eligendi facere velit. Cui scholio jam conferre juvat id quod legitur ad 301 αντῶν τ' ἐπινφοῦσι: καίσοντι φησὶν έαντὰς ἔξελθεῖν μέλλονται τῶν οἴκων. Άλλως.  
διὰ τὸ μη εἰθεσθαι δουλεύειν καίσοντι έαντὰς, nam cum in

illo duplēcēt esse sententiam aequē commendabilem, quae de poetae instituto ferri possit, dilucide verbis praedicitur, in altero de caussis, quibus Troades se combustarae sint, duplex ita instituitur disputatio, ut non videas, quae inter utramque intercedat ratio. Huc accedit quod verba καί οστιν ἑαντάς bis leguntur, neque enim nos effugere oportet, ab antiquis grammaticis commentarios perpetuo contextu scriptos esse, non e talibus conflatos notis, quales nostri editores libris aspergere solent. Quare cognita jurarem paene, si juratis crederetur in arte critica, Didymum, si ex hujus doctrina utraque illa interpretatio fluxisset, hunc potius in modum cogitata sua verbis expressurum fuisse: καίοντι φησὶν ἑαντάς ἔξελθεῖν μέλλονται τῶν οἴκων ἡ διὰ τὸ μὴ εἰσθεσθαι δοντεῖν, ut ad 456 legimus: καὶ ἐρώτησιν φησὶν ἡ ἀποστατικῶς. At ne id quidem negligendum est, in illis scholiis, quae a duobus vel diversis pendeant auctoribus neque ullo communī argumentationis vinculo conjuncta sint, nostri codicis scribam cum nova interpretatione novum versum litera maiuscula semper exordiri, cum diversas unius et ejusdem commentatoris interpretationes sine ullo intervallo conserere soleat. Cujus rei exemplo sit etiam scholium ad 201, ubi cum duplicitate vocis *rēa* grammatica ratio expediatur, tamen lectori non significatur, nihil interesse, utrum *rēa* nominativus singularis femini generis esse censendus sit, an accusativus pluralis neutrius generis ad verbum *σῶμα* relatus.

## §. 2.

Atque etiam in enarrandis rebus ad res apud poetam illustrandas adjunctis duorum interpretum vestigia deprehenduntur. Nam fit interdum, ut quae in duobus

scholiis de eadem re disputantur aut omnino argumentis  
 diversa sint ita, ut quod supra demonstravi, duplicitis fon-  
 tis existat indicium, aut verbis tantum discrepant. At  
 quis credat, grammaticum, qualis Didymus fuerit, de  
 eadem re bis idem dixisse? Sic versus 122 sqq. bis  
 enarrantur eodem modo, verbis τῆς Αἰγύπτιον παιδεία per  
 τὰ σχοινία explicatis, καθ' ὃ ἡ Αἰγύπτιος τὴν βίβλον τρέφει,  
 nam secundum scholium sic legendum esse puto: τὰ  
 σχοινία φησὶν ἐν τῷ τῆς Τροίας λιμένι ἐξήψασθε, τὰ  
 πηγμηνίστα — Αἰγύπτιον δὲ παιδείαν τὰ σχοινία, καθ' ὃ ἡ  
 Αἰγύπτιος τὴν βίβλον τρέφει — ὁ δὲ ρῦς τουτος ὡς τῆς ἐπὶ<sup>o</sup>  
 αὐλῶν παιᾶν πόδις τὴν Τροίαν προσορμίσασθε, καθ' ὃσον  
 αὐλοῦσιν. αὐλοὺς εἶχον μὲν οὐκ αἱ τῆς αὐταῖ, ἀλλ ηὔλει Ἡ-  
 ρακλῆς τις. Item ad 218 bis observatum est, Euripidem  
 Libyam et Carthaginem τῇ Σικελίᾳ ἀντήσῃ dixisse, quatenus  
 promontorium Lilybaeum e regione Carthaginis ja-  
 ceat, ita ut fere ad eam adducamus opinionem, secun-  
 dum scholium ex priore copisiore excerptum esse, quod  
 tamen non crediderim, quia in secundo Parmenisci sen-  
 tentia nobiscum communicatur, quam prius non continet.  
 At de scholiis, quorum altera ex alteris excerpta sunt,  
 paullo post videbimus. Porro idem mutatis tantum ver-  
 bis repetitur ad 424, 448, 626, 855, 1175, in primis  
 ad 884, e quo fieri non posse, quin duo auctores acci-  
 piendi sint, evidenter appareat; nam ibi duo ita annexa  
 sunt scholia, ut quae in uno dupliciter explicata legun-  
 tur, eadem etiam in altero quamvis mutatis verbis in-  
 veniantur. Sed praecipuum incautae conglutinationis ar-  
 gumentum est hoc, quod duarum in priori scholio in-  
 terpretationum altera verbis καὶ μήποτ' ἔστι βέλτιον, at  
 quae huic in secundo scholio comparanda est, verbis ὃ

καὶ βελτιον̄ notatur. Quod scholium falsa interpunctione et scribae negligentia passim vitiatum hoc modo emendare conatus sum: ὃ γῆς ὄχημα: τὴν γὴν ὀχῆν καὶ ἐπὶ γῆς ὀχούμενος, λέγει δὲ τὸν ἀέρα· ὃ συνέχων τὴν γῆν, ἔστι γὰρ καὶ ἐπάνωθεν ὁ ἀέρος καὶ πάτω, ὡς τὴν γῆν εἶναι μετέωρον. ὃ ὄχημα τῆς γῆς, δόστις εἰ, εἴτε Ζεὺς, εἴτε ἄλλο τι ἐπάνουσον, εἴτε τὸν ροῦν τοῖς ἀνθρώποις ἐντιθεῖς. δύναται καὶ οὕτως ὁ διήκον διὰ πάντας ροῦς, καὶ μήποτε ἔστι βελτιον̄. καὶ γὰρ ἔνιοι φασιν ὁ ροῦς ἡμῶν ὁ θεὸς ὄρφαται ἐκ τῶν Ἀραξαγορεῶν λόγων. — Ἀλλως. Ἐνιοι οὕτως ὁ τὸν ροῦν τοῖς ἀνθρώποις τιθεῖς, ἢ ὁ διήκον ἐπὶ πάντας ροῦς, ὁ καὶ βελτιον̄, εἴτε φυσικὴ ἀνάγκη, ἢ τοιοῦτος ὁ ροῦς οὐον ἔχονσιν οἱ ἀνθρώποι, ἢ τοιοῦτον μὴν τὸ οὐδὲν. ἀναπλασμὸς δέ ἔστι τῆς ἐμῆς διαγολας ὁ θεός. —

## §. 3.

Tertium argumentum, quo scholiorum Vaticanorum duos esse confirmetur auctores, e diversa petitur editione poetae quam uterque secutus est. Sic legimus (ut unum exemplum e multis afferram) ad 1304 ἵαλέμφ τὸνς θαρόντας: ὀνακαλεῖς τοὺς τεθνήσκατς θρήνῳ, οὐχ ὡς ἔτεροι σπονδαῖς, quibus chori verba ἵαλέμφ τὸνς θαρόντας ἀπίνεις explicantur, sed alterum scholium eidem versui adjunctum, quod sic est legendum: ἀνακαλοῦμαι φησὶν αὐτοὺς τὰ γέραια μελεα προστιθεῖσα τῇ γῇ, καὶ ταῖς δισσαῖς χερσὶ πτυποῦσα τὴν γῆν demonstrat, in editione, quam qui hoc scholium scripsit secutus est, versum 1304 non choro, sed Hecubae assignatum fuisse neque ἀπίνεις lectum, sed ἀπίνω, nam forma ἀνακαλοῦμαι, quam scholium nostrum exhibet, tantum ἀπίνω, minime ἀπίνεις explicari potest. Lectio igitur ejus editionis, qua auctor secundi scholii usus est, haec fuit:

ισταμενος οὐδὲ ίδε (1) ΕΚΑΒΗ. οὐδὲν μη τοι  
 εἰπεν τὸ τέλος, μάθετε ματρὸς αὐδάρ, ήταν γένος μη  
 ποτε παλέμῳ τοὺς θαυμότερους ἀπίνω ηλικίας ποτε. Αριστ. 1305.  
 γεραιά τ' εἰς πέδον τιθεῖσα μέλεια μητρός της ποτε  
 καὶ γεραιά γεῖται προτοῦσα δισσαῖς, οὐδὲν γένος μητρός της ποτε  
 dum de qua prior interpres meditatus est, ea fuit qua  
 apud nos vulgata est. Caeterum illo loco dissidium  
 fuisse, quemadmodum versus inter diversas personas di-  
 stribuendi essent, a nostris codicibus confirmatur, quorum  
 Rom. A. bibliothecae Vaticanae, qui nostra scholia complectitur, Ms. bibl. Havniensis, codex Ja. Harleianus ver-  
 sus 1305 et 6 Hecuba (1), caeteri autem libri MSS. et  
 Aldina choro tribuunt (2).

Intelleximus igitur, praeter Didymum alium fontem  
 esse, e quo scholia Vaticana fluxerint: ut nostrum officiu-  
 m sit investigare, quis hic alter fuerit commentarii  
 auctor. Etenim cum in iis scholiis, in quibus Didymi  
 nomen extat, anonymorum etiam quorundam grammaticorum  
 mentionem factam animadvertisamus, nominatos  
 tamen juxta Didymum inveni Apollodorum Cyrenaeum  
 ad Orest. 1369, Apollodorum ad Med. 149, Apollodorum  
 Tarsensem ad Med. 171, Parmeniscum ad 276, Pium  
 ad Sóph. Ai. 408, Symmachum ad Arist. avv. 704,  
 1191 ac saepius etiam, Eratosthenem ad Apoll. Rhod.  
 1. 972, Aristarchum ad Arist. rann. 968, Pind. Nem.  
 IV. 151 et X. 114. Qua in re falsam Richteri opinio-

(1) Cf. Eur. e rec. G. Dindorfii Tom. III. p. 684.

(2) Cf. Matthiae Eur. ad h. l.



nem notare jam mihi liceat, qui(1) ubi alii grammatici cum Didymi interpretationibus compositi legantur, plerosque hos grammaticos Didymo aetate priores esse, contendit; nam si numeri aguntur, quot locis Didymus cum Symmacho conjunctus legatur, multo plures sunt, quam in unum omnes collecti illi, ubi cum aliis grammaticis invenitur. Atqui Symmachum multum post Didymum vixisse Schneideri(2) argumentatione satis constat.

## §. 5.

Mihi quidem videtur e scholio ipso cognosci posse utrum quem grammaticum cum Didymo citatum legimus, is Didymo aetate sit prior, an posterior. Exempli gratia scholium ad Medeam 276 contemplemur. Ibi enim postquam secundum Parmeniscum, quae Medeae Corinthi accidissent, relatum est, sequuntur haec: Αἰδυμος δὲ ἐραρτιοῦται τούτῳ καὶ παρατίθεται τὰ Κρεωφύλον ἔχοντα οὖτος, quae a Parmenisci verbis ut quae maximè sunt discrepantia. Quivis opinor, praeter quod Parmenisci enarratio antecedit, intelliget e toto verborum indeole, quae exscripsi, Didymum Parmenisci interpretationem ante oculos habuisse; nam verendum non est, ne alia ratione qui de Didymo referat, vocē ἐραρτιοῦται usus sit. Neque his dissimile est scholium ad Pind. Nem. X. 114 ὁ μὲν Αρισταρχος αἵξιοι γράψειν ἡμεγον. τῇ δὲ αὐτῇ γραφῇ καὶ Απολλόδωρος πατηκολούθησε. πρὸς οὖς γησὶ ὁ

(1) In libro de interpp. Graec. p. 82.

(2) Otto Schneider, de veterum ad Aristophanem scholiorum fontibus,

Διδυμος, ἀμφοτέρων ὑπὸ τῆς δρν̄ λογώντων, τοῦ Κάστορος καὶ τοῦ Πολυδεύκους, μόρον ὁ Ανγκεὺς τὸν Κάστορα εἶδε κ. τ. λ., in quo igitur Didymo Aristarchum et Apollodorum notos fuisse e verbis πρὸς οὓς κ. τ. λ. appareat, neque omittendum est, quod in scholii contextu grammatici illi Didymum antecedunt. Adde scholium ad Apoll. Rhod. I. 972, ubi Didymus Eratostheni, cuius enarratio iterum praeit, contradicit.

His omnibus adductus sum, ut contendem, in ipsis scholiis indicia cerni, quibus quamvis in singulis fere nihil valeant, cum tamen in omnibus observentur, dijudicari possit certissimis: utrum is grammaticus, qui una cum Didymo citetur, hoc sit aetate prior censendus, annon. Nam ubi appareat, caeterorum interpretationes Didymo notas fuisse eaque in scholiis ante hunc prescriptae sunt, etiam aetate posteriorem fuisse illum recte judicas. His igitur argumentis doctus Parmeniscum Didymo priorem fuisse demonstravi. Idem de Apollodoro Tarsensi efficitur, qui ad Med. 171 hocce ἀπόρημα: quo modo nutrix dicere possit, Medeam Jovem obstestatam fuisse, cum haec re vera Themim et Artemim solas invocaverit, eo solvit, quod observat in prioribus eum versus, in quo etiam Juppiter invocetur, ab histrionibus falso Medeae abjudicatum chori verbis assignatum esse. Quam tamen difficultatis dirimenda rationem Didymus, cuius disputatio in secundo scholio loco posita est, his verbis impugnat εἰ καὶ ἡ πρεσβύτης μὴ πάντων ὅν ἡ Μήδεια ἐπικαλέσατο ἐμνῆθη, οὐ παράδοξον ἡρεσθη γὰρ τοῖς σεμνοτάτοις. Apollodorum autem Tarsensem eundem esse, qui citatur ad 149 patriae nomine omissio, dubitari non

potest atque jam a Richtero (1) animadversum est, prius scholium e posteriore desumptum esse. Atque hunc Apollodorum, quem scholia ad Euripidem Ἀριστοφόρον fuisse ostendunt, ne ab illo quidem, qui laudatur in scholio ad Pind. Nem. X. 114, diversum fuisse censeo, quod etiam hujus industria in simili re atque illius versatur, lectio-  
ni dico integratam restituendam. Quamquam plerum-  
que, ubi patria non significata Apollodori nomen inven-  
nitur, notus ille Atheniensis intelligendus esse videtur.  
A quo quaecunque in scholiis ad Euripidem et Sopho-  
clem exposita leguntur, etiam ubi additum non sit ἐν τῇ  
βιβλιοθήκῃ aut ἐν τῇ περὶ θεῶν, tamen cum ad Alc. 1, Rhes.  
36 et 336, Oed. Col. 56, 57, 705, Trach. 246 res  
deorum pertractentur, ex his libris scripta esse cen-  
senda sunt.

§. 6.

Plane aliud quid ex iis efficitur scholii', in quibus Didymus cum Symmacho et Pio et Apollodoro Cyrenaeo nominatur: nam ibi neque horum interpretum enarratio-  
nes loco Didymum antecedunt, neque ullum est indicium, Didymo eas notas fuisse. Quibus commotus sum,  
ut judicem, Symmachum, Pium, Apollodorum Cyre-  
naeum Didymo aetate priores non esse ac postea demum  
horum annotationes in sola scribæ, quisquam ille erat,  
officina cum Didymeis compactas esse. Symmachum post  
Didymum vixisse cuivis persuaserit Otto Schneiderus (2).

(1) De Aesch. etc. interpp. p. 82.

(2) De vett. scholl. ad Aristoph. fontibus.



Pius autem, ut Richterus (1) et Wolfius (2) consentiunt, eodem ferme tempore quo Didymus vixit. Quin etiam si vera est Buttmanni (3) emendatio, multum post eum Cotyaeensis Alexandri aetate. Neque Apollodorum Cyrenaeum priorem esse Didymo, sed aut eodem tempore aut post illum vixisse contendit, quod in scholio ad Orest. 1369 neque Apollodori interpretatio priore loco posita est, neque cognitam Didymo fuisse hujus verba suadent. Eandem fere sententiam prodidit Graefenhanus (4), sed unde acceperit, non dixit. Nam alienam auctoritatem secutum eum esse, ex eo colligere licet, quod in toto opere ad ipsos fontes antiquos (5) rediisse non videtur. Hunc Apollodorum Cyrenaeum inter Euripidis commentatores fuisse, simul qualem in ea re se praestiterit, e scholio ad Or. 1369, quod jam citavi, cognoscitur. Scholii verba sunt Ἀπολλόδωρος δὲ ὁ Κυρηναῖος ἐπιγράφει (6), λέγων εἶναι ἀριστον τῷ (7) Ἰλιον. Quae si Heynius (8) recte perspexit, Apollodorus noluit jungi ἀριστεῖον μήδος, sed intelligi ἀριστεῖον Ἰλιον, ut ad

(1) De Aesch. etc. interp. Gr. p. 33.

(2) De scholl. Laurentt. etc. p. 24.

(3) Praef. ad scholl. Hom. Od. p. XIV.

(4) Geschichte der klassisch. Philologie Bd. 2, p. 49: Kurz vor und gleichzeitig mit Didymus zeigte sich noch eine Anzahl Commentatoren thätig, von denen wir nur einige hier anführen wollen die sich hauptsächlich mit den Tragikern abgaben: Der Lytiker Apollodor von Tarsos u. s. w., Apollodor von Kyrene

(5) Fr. Haase: Neue Jenaisch. Litt. Zeitung 1845. Febr. No. 35. ff.

(6) ἐπιγράφει aut hic vim verbi παραγράφειν habere aut παραγγάγειν legendum esse censeo.

(7) Sic legendum esse pro ὡ̄ puto.

(8) Apollodori Atheniensis fragm., p. 457.

curulia studia Trojanorum, qui apud Homerum *ἰππόδαμοι* sunt, referretur. Quae verba sequuntur εἰ δὲ γῆ παρεπιγραφὴ ἀπαξ ἀν ἐπεγράφετο τὸ ἄρμάτειον(1) hunc in modum intelligo: sin vox ἄρμάτειον nota aliqua esset, qua poeta genus carminis Phrygi canendum histrionibus in margine praecipere vellet, semel scriptum ἄρμάτειον satis esset. Apollodorus igitur vituperat alios commentatores, qui sic ἄρμάτειον interpretati sint. Caeterum quā aetate hic Apollodorus Cyrenaeus vixerit, pro certo non constat, cum nihil de eo a veteribus traditum sit. Nam hoc unum testimonium, quod apud Athen. XI. p. 437 B. μαστὸς Ἀπολλόδωρος ὁ Κυρηναῖος, ὡς Πάμφιλος φησι, Παρθίων τὸ ποτήριον οὖτω καλέει reperimus, ad tempora accuratius enucleanda non sufficit, cum ne Pamphili quidem aetas nota sit, quem modo Galeno priorem fuisse constat, apud quem citatur. Eundem Apollodorum memorant quoque Etym. M. v. βωμολόχου et Suidas vv. βδελύσσω et ἀρτικός, e quo tertio loco iterum mihi apparere videtur, illum commentarios scripsisse, cum lexicographis opponatur(2). Ubinam vero accurata copiosaque explicatio vocis ἀρτικός dari posset, nisi in commentario vel lexico?

Quo jure autem γλοσσογράφων loco lexicographos scripserim, in sequenti paragrapho explicabo. Caeterum de glossographis copiosius agam, cum e Lehrsii(3) disputatione effici posse videatur, eos solos qui ad Ho-

(1) Nam τὸ Ἰππον ἀπώλεσεν (fort, ἀπώλετο) quod sensu caret negligentia scribæ e poetæ verbis v. 1388 ὡς σ' ὀλόμενον στένω, quorum glossa est, irrepsisse arbitror.

(2) οἵ δὲ γλωσσογράφοι καὶ Ἀπολλόδωρος ὁ Κυρηναῖος.

(3) De Aristarchi studd, Homm. p. 40 sqq.

mērum γλώσσας scripserint, γλωσσογράφων nomine insigniri ab antiquis, cuius sententiae etiam egregium Lachmannum nuper inveni auctorem.

§. 7.

*Γλῶσσαν* enim vocant Graeci verbum insolitum obsoletiusque et secretius, quod interpretatione per vocem notam solitamque, γλώσσημα, eget(1), glossa igitur notae voci solitaeque opponitur(2). Ubi autem haec interpretationes vocabulorum obsoletorum exortae sunt? Sine dubio in ludis literarum, in quibus Homerum et quosdam alios poetas cum pueris strenue tractatos esse acceperimus(3). Postea haec explicationes scripto tradi coepitae sunt, quod factum est a glossographis. Quorum opera, γλώσσαι, in primis ad Homerum pertinebant. Quid mirum? Sed etiam multae glossae extiterunt, quae ipsis titulis inscriptis, qui ad nos venerunt, demonstrant Homericā verba se complexas non esse. Sic Hermon(4) atque Hermonax(5) glossas Creticas scripserunt, Phile-

(1) Quint. Instit. oratt. I. 1 §. 25 interpretatio linguae sécretioris, quas Graeci γλώσσας vocant et Galen. praefat. ad Vocabul. Hippocr. p. 400 ὅσα τοῦντν τῶν ὄνομάτων εἰν μὲν τοῖς πάλαι χρόνοις οὐ συνήθη, τοὺν δὲ οὐκέτι εστὶ, τὰ μὲν τοιαῦτα γλώσσας καλοῦσι.

(2) Arist. Poet. 21 λέγω δὲ κύριον μὲν ᾧ χρῶνται ἔκαστον γλῶτταν δὲ φέρειοι ὡστε φανερὸν ὅτι καὶ γλῶτταν καὶ κύριον εἶναι δύνατον τὸ αὐτό, μὴ τοῖς αὐτοῖς δὲ. τὸ γὰρ σίγυνον Κυρίοις μὲν κύριον, ημῖν δὲ γλῶττα. Glossas igitur scripsit Dorotheus Sidonius, quem περὶ τῶν ἔνων λεγομένων λέξεων Photius cod. CLVI p. 171 ed. Hoesch. citat.

(3) v. Bernhardy synt. p. 4.

(4) ἐν Κρητικαῖς γλώτταις Athen. VI p. 267 C. et III p. 81 F.

(5) ἐν γλώτταις Κρητικαῖς Athen. III. p. 76 F.

mon (1), Theodorus (2), Apollodorus Atheniensis (3) Atticas, Diodorus (4) Italicas, Callimachus Cyrenaeus (5) Democriteas, Herophilus Chalcedonius (6) Hippocraticas. Atque e multis explicationibus, quas Athenaeus e glossis depromptas tradidit, colligamus necesse est, illas glossas non Homericas fuisse, cum verba explicata in Homeri carminibus non reperiantur. Cujus generis sunt glossae Ameriae Macedonis (7), Clitarchi (8), Pamphili (9), Seleuci (10), Sileni (11), Timachidae (12), Zenodoti Ephesii (13). At fortasse hi scriptores (quod mihi oppositum est a quibusdam) quamquam eos glossas conscripsisse constat, non γλωσσογράφου, sed οἱ τὰς γλώσσας γράψαντες vocati sunt ab antiquis. Hoc unquam factum esse nego. Nam cum verba οἱ τὰς γλώσσας γράψαντες nusquam in scholiis inveniamus, verum semper γλωσσογράφου modo,

(1) ἐν τοῖς Ἀττικοῖς ὀνόμασιν ἡ γλῶτταις Ath. XI p. 469 F.

(2) ἐν Ἀττικαῖς γλώσσαις Ath. XIV p. 646 C.

(3) γλῶσσαι Ἀττικαῑ schol. ad II. A. 244.

(4) ἐν Ἰταλικαῖς γλώσσαις Ath. XI p. 479 A.

(5) πίναξ τῶν Δημοκρίτου γλωσσῶν καὶ συνταγμάτων. Suid. v. Καλλίμαχος.

(6) γλῶσσαι ad Hippocr. Aphorismm. Galen, ἐξήγησις τῶν γλωσσῶν Ἰππ. in prooemio p. 404 Fr.

(7) ἐν ταῖς γλώσσαις τιτύρων φῆσι χαλεπόδαι τὸν μόναυλον Athen. IV p. 176 C.

(8) ἐν ἔβδομῃ γλωσσῶν ad vocem πομπίλος Ath. VII p. 284 D. et ad v. υπη p. 301 F.

(9) ἐν γλώσσαις ad v. μουκηρόβατον Ath. III p. 53 B. et ad v. κίτρον p. 85 C.

(10) ἐν ταῖς γλώσσαις ad v. γλυκυνισίδη Ath. III p. 76 F.

(11) ἐν γλώσσαις ad v. δέπαστρον Ath. XI p. 468 A.

(12) ἐν ταῖς γλώσσαις ad v. Ἱάκχα Ath. XV p. 678 A.

(13) γλῶσσαι schol. Apollon. Rhod. II. 1005 ad v. στυελφῆν et ad Theokr. Idyll. V. 2 ad vocem Νάξος.

tum apud Athenaeum (1) haec legimus: »Varia quoque panum nomina recensent glossographi: Seleucus δράμιν a Macedonibus sic vocatum, δάρατον vero a Thessalibus caet. Amerias vero ξυρονύμιταν vocat panem cui nihil ademptum, pariter etiam Timachidas. Nicander vero θιαγόνας ait panes ab Aetolis vocari. Thyatirenum vero Nicander panem ex hordeo confectionem πυλάστιν ab Aegyptiis vocari scribit.« Seleucus igitur, Amerias, Timachidas, Nicander ab Athenaeo glossographi vocantur, quamquam glossas Homericas non scripsérunt, nam verba ab illis explicata utique Homerica non sunt (2). Proinde glossographi quicunque quaslibet glossas ad quempiam auctorem collegerunt nominati sunt atque hac ex re modum me non excessisse puto, ut qui γλωσσογράφους lexicographorum nomine reddiderim. Jam exemplo ostendam quam veri sit simile, glossographos industriam in scenicorum ludorum auctoribus quoque posuisse. Neoptolemus enim Parianus (3) ἐν τρίτῳ γλωσσῶν vocem κυσσύβιον τὸ κύσσιον ποτήριον significari ait in Euripidis Andromache.

πᾶς δὲ ποιμένοις ἔργοις λεός, ὁ μὲν γάλακτος κύσσιον φέρων σκύφος πόνον ἀναψυκτῆρ, ὁ δὲ ἀπέλων γάνος. κυσσύβιον enim ibi dici ait in rusticorum hominum conventu, ubi maxime conveniat ligneum poculum. Quas glossas igitur ad Euripidem pertinuisse, quis est, qui mihi non concedat?

(1) III p. 114 B.

(2) Clitarchus, de quo v. supra, ab Harpocratione vi. συγενούντες γλωσσογράφος nominatur.

(3) XI p. 476 F.

## §. 8.

Sed jam ad id, unde degressi sumus, revertamur. Concludimus igitur, cum indicium omne, quo grammaticum quem cum Didymo citatum legimus, illo priorem esse judicemus, desideretur: Apollodorum Cyrenaeum aut illius tempore aut post eum vixisse. Quod etiam dubiis rebus stabilitur. Neque enim ullo loco scholiorum ad Euripidem, Sophoclem, Pindarum, Aristophanem, Apollonium Rhodium, quae ad hunc finem perlegi, Didymus ubi nominatur cum aliis grammaticis, quorum interpretationes complectitur, simul alias compellat nomine, alias omissis nominibus notat per ἔριοι δὲ, quem ad modum in nostro scholio ad Or. 1369 legimus ἔριοι δὲ —, Ἀπολλόδωρος δὲ —, ἔριοι δὲ —; sed aut omnes nominativum citat aut nullum. Unde colligo, Didymum duas interpretationes vocis ἀρμάτειον, quae verbis ἔριοι δὲ incipiunt, in commentario suo comprehendisse, interpretationem autem Apollodori postea dénum a scriba codicis, ex quo Arsenius hoc scholium deprompsit, inter illas insertam esse. Quod ut statuamus hac etiam rem commovemur. In Etym. M. enim v. ἀρμάτειον μέλος legimus sex interpretationes, addita nota, has ex libris Didymi et Alexandri esse. Inter quas eae quidem tres interpretationes, quae partim Didymi nomine partim verbis ἔριοι δὲ, de quibus modo dixi, signata in nostro scholio extant, inveniuntur, Apollodoream tamen desideratur (2).

(1) Quem Cotyaeensem esse optime censet Lehrsius Quaestt. epp. p. 13.

(2) Lectori comparanda propono, quae in Et. M. leguntur v. ἀρμάτειον μέλος: εἰσηγταὶ δὲ ἀπὸ τοῦ ἐπιβοηθῆναι τῷ Ἐκτορὶ εἰς τοῦ Ἀχιλλέως ἀρματος ἐλκομένῳ. — οἱ δὲ ὅτι τὸ παλαιόν

Qua ex re censeo, Etymologici Magni auctorem, quiunque is est, explicationes suas ex Didymi et Alexandri commentariis desumpsisse, Appollodori commentarium autem non cognovisse, nam a me impetrare non possum ut putem, illum tres interpretationes nobiscum communicasse, quas e Didymo accepisset, quartam tamen neglexisse, praesertim cum Apollodori interpretatio tantopere a caeteris discrepet. Apollodori Cyrenaei igitur explicatio vocis ἀρμάτειον μέλος non legebatur in commentario Didymi nec Didymus eam cognoscere potuit, nam hunc accuratum grammaticum quis judicet, interpretationem tam singularem, qualis est Apollodori, neglexisse?

Apollodorus Cyrenaeus igitur post Didymum vixit, certe post id tempus, quo hic commentarium suum in Euripidem conscripsit. Caeterum Richterus (1), qui verba

εἰσὶ δὲ καὶ ἄλλαι αἴτιοι, ἃς ἐκτίθεται ὁ ὑπομνησάμενος in  
τὰς παρδένους γάμισμάνεας ἐπὶ ὀχημάτος ἥγον· δέ τε καὶ παρό-  
χους, τὰς παρανύμφους ἐκάλουν· καὶ τὰ ἐπαδόμενα μέλη καὶ  
τὸν ὑμέναιον ἀπὸ τοῦ φέροντος τὴν νύμφην, μέλος ἀρμάτειον  
ἐκάλουν· — ἄλλοι δὲ ὅτι ὁ ἥχος τοῦ ἀρμάτος ὁξὺς καὶ λεπτὸς γίνε-  
ται· τὸν οὖν ὁξύν καὶ λεπτὸν φεύγγον ἀρμάτειον ἐπιτίθεται δὲ Ἐδ-  
γιτίδης ἐκάλεσε καὶ εὐνούχον εἰσάγει λέγοντα· τοιαῦται δὲ τῶν  
εὐνούχων αἱ φωναί· οὕτω Δίδυμος — εἰ in scholio ad Or. 1369; τό  
ἀρμάτειον μέλος δὲ Δίδυμος φησὶν ὠνομάσθαι, ὅτι αἱ ἀρχαῖαι παρ-  
δένειοι εἰς τοὺς Σαλαμίους διὰ τῶν ἀρμάτων ἥχοντο· δέ τε  
καὶ νῦν πάροχοι λέγονται ἀπὸ τοῦ τοῖς ὄχεσι παροχεῖσθαι,  
ῶς ἐπιδαλάμιον ἐν τοῖς Σαλαμίοις· κ. τ. λ. οὗτοι δὲ ἀρμάτειον  
τὸν ἥχηνον φασι, τὸν ἐπὶ τῷ ἐλκυσμῷ τοῦ Ἐκτορος γενόμενον.  
Απολλόδωρος δὲ Κυρηναῖος ἐπιγράφει λέγων εἶναι ἀρμόδιον  
τῷ Ἰητοι· κ. τ. λ. οὗτοι δὲ τὸν Φρυγία τὸν ἐκπεπηδηκότα εὐνού-  
χον φασι· τοὺς δὲ εὐνούχους ἐπιεικῶς ὁξυφόνους ὑπάρχειν·  
τὸ οὖν ὁξύτονον ἀρμάτειον αὐτὸν φάναι διὰ τὸ τὸν ὑπαξόνιον  
τῶν ἀρμάτων ἥχον ἀνατεταμένον τε καὶ ὁξύν εἶναι κ. τ. λ.

(1) de interp. Gr. p. 82.

scholio ad Tr. 1369 ad Didymum refert, mihi probatur, qui jam ante demonstraverim, totum scholium e Didymi commentario deductum esse videri, excepta Apollodori interpretatione, ut quae cum caeteris ab epitomatore scho- liorum, de quo mox dicam, commixta sit.

## S. 9.

Postquam igitur quam potui evidentissime demon- stravi, Apollodorum Cyrenaeum tum ante Didymum non vixisse tum commentarium in Euripidem scripsisse, non recuso confiteri opinionem meam: »hunc Apollodorum alterum auctorem scholiorum Vaticanorum in Troades esse« argumentis subtilioribus indigere. Nam cum solum scholium ad Eur. Or. 1396 ostendat, quali arte in in- terpretando Apollodorus usus sit, non possum demon- strare, quod de Didymo me demonstrasse arbitror, ean- dem artem in scholiis Vaticanis inveniri. Tamen satis esse mihi videtur, quod ostendi, Apollodorum Cyrenaeum respondere iis conditionibus, quibus auctor alter nostro- rum scholiorum adstringatur. Nec nego, tertium auctorem vel quartum in nostris scholiis latere posse, tamen quod hic oculis humanis indagari nequit, hac ipsa inscitia mea ita me involvo, ut quo jure id faciam in capite tertio explicaturus sim.

## CAPUT TERTIUM.

QUO MODO E GRAMMATICORUM COMMENTARIIS  
SCHOLIA VATICANA COMPARATA SINT, ET E  
QÜIBUS FONTIBUS ILLI IPSI FLUXERINT.

## S. 1.

Plus quam duo commentatores in scholiis Vaticanis

non cognoscuntur, nam in scholiis ad 424, in quo solo tres annotationes sine ullo cohaerentiae signo quam vocula ἀλλως inter se coniunctae sunt tam dilucide apparet, tertiam scribae negligentia fluxisse e prima, ut acquiescam in utraque decerbenda: τι ποτὲ ἔχει τοῦρομα: τι ποτὲ αὐτῶς ἔστι τὸ ὄρομα τοῦτο ὥστε ποιῆσαι ὑπὸ πάντων ἐκθαίρεσθαι. ἀλλως διὰ τι ποτὲ τὸ ὄρομα αὐτῶν τοιούτον ὥστε ὑπὸ πάντων μισεῖσθαι.

## §. 2.

Ilorum autem duorum commentatorum placita scholiastae ita in rem suam converterunt, ut semel tantum quemadmodum ad 1079 fieri vidiimus, quae annotavissent, Didymi industriae se debere indicarent, de Apollodoro Cyrenaeo tamen prorsus silerent. Didymo vero atque Apollodoro Cyrenaeo, si scholiorum partis auctor est (1), observationes etiam priorum interpretum curae fuerint, unde hae pervenerunt ad scholiastas, qui quae probata essent caeteris omissis in suas schedas transscriperunt, auctorum nomina aut omnino reticentes, ut interdum prorsus nullum alieni judicis restaret vestigium, aut significationibus mutantes tam late patentibus, quales sunt εἴοι in scholiis ad 16, 31, 229, 884, 1075, τιρές ad 221, οἱ μὲν — οἱ δὲ ad 822 et 990, εἴστι δὲ οἱ ad 1128. Ita factum est, ut fere omnis notitia de Didymi et Apollodori Cyrenaei fontibus evanesceret. Nam pro certo hoc tantum affirmari potest, Didymum et Apollodorum Lysimachi, Aristophanis Byzantii, Parmenisci, Eratosthenis, Neanthis operibus (2) usos esse. Ac Di-

(1) i. e. scholiorum ad 218, 884, 1175.

(2) de quibus in §§. seqq. agam,



dymus ipse et Apollodorus multis locis fontes obscuris illis ērōt, τινές significasse videntur, ut id non soli scho- liistarum negligentiae tribuendum sit. Nec magis arbitror, scholiastas ut sibi gloriam auctorum vindicarent, consulto nomina Didymi et Apollodori dissimulasse, immo vero eum, qui codicem aliquem scholiis ornaret, non ipsos Didymi et Apollodori commentarios in manibus habuisse, sed excerpta tantum ex illorum libris vel pridem ex his in unius codicis vel plurium margines translata ab aliis. Qualem plurimorum esse nostrorum scholiorum originem, in primis ad eas, quae praecipue lectitabantur fabulae per se credibile est. Quae excerpta autem pro- fectae sunt inde, quod quivis in suum magis quam in aliorum usum e commentariis Didymi et Apollodori in marginibus exemplaris sui inscribebat neque id curabat ut fontes suos nominaret, cum sibi ipse de iis conscius esset.

## §. 3.

Venimus denique ad fontes Didymi et Apollodori. Ex iis scriptoribus, qui in scholiis Vaticanis citantur et quos priores Didymo et Apollodoro fuisse supra (1) demonstravi, neminem nisi Callimachum, Neanthem, Lysimachum, Aristophanem Byzantium, Parmeniscum, Eratosthenem commentarios in Troades scripsisse ea, quae alias illorum nobis innotuit industria commoti suspicari possumus. Sed hos, si Parmeniscum exceperimus, in Troades commentatos esse nihil est in nostris scholiis, quod nobis suadeat (2).

(1) Cap. 1. §§. 6 et 7.

(2) Haec propter Jul. Richterum scripsi, qui e nostris scholiis

Callimachus in scholio ad 214 citatur, quod alacrum (1) sic sanare conatus sum: τὰν Πηγειοῦ σεμνάν: Πηγειοῦ χώραν τὴν Θεσσαλίαν τῆς γὰρ Μακεδονίας Ὄλυμπος, ἡ δὲ ἐγγὺς τῆς Θεσσαλίας αἰνίττεται δὲ τὸν Νεοπόλεμον ὡς Καλλίμαχος Πηγεὶς Φθιῶτα. Sine dubio haec verba Callimachi deprompta sunt ex hymno εἰς Δῆλον v. 112(2): Πηγεὶς Φθιῶτα, τί νῦν ἀνέμοισιν ἐρίζεις; neque ulla modo cogimur, ut Callimachi commentarium in Troades statuamus. Omnino Callimachi quamquam egregia grammatici industria a Suida (3) et Strabone (4) tradita est, in scholiis ad Euripidem et Sophoclem tantum loci ex hymnis aliisque carminibus adducuntur, nec tamen quidquam quod grammaticum redoleat. Caeterum Callimachus a scholiaст tam frequenter laudatur, ut poetam grammaticis Alexandrinis prae reliquis iisque antiquioribus poetis mirum quantum placuisse appareat.

Nec Neanthes in Troades commentatus esse mihi videtur, quantum e scholio ad 89 concludere possum, ubi narrat Κάρηρον ἀκρωτήριον Εὐβοίας μεταξύ Σκύρου καὶ Άρδου (5) esse. Eundemque historicum modo esse omnia

Neanthem, Aristophanem, Eratosthenem commentariis Troades illustrasse collegit. Vides rectum judicium Thueydidis 1. 20: οὗτος ἀταλαίπωρος τοῖς πολλοῖς η̄ εἵτησις τῆς ἀληθείας καὶ ἐπὶ τὰ ἔτοιμα μᾶλλον τρέπονται.

(1) In codice legitur: πηγειοῦ χώραν τὴν θεσσαλίαν . . . τῆς γὰρ μακεδονίας ὄλυμπος. ἡ δὲ . . . . . τταλί . . αἰνίττεται δέ τ' νεοπόλες . . . καλλίμαχος πήγεις φθιῶτα.

(2) edit. Lipsiens, apud Weigelium.

(3) Suid, v. Καλλίμαχος.

(4) XVII, p. 837.

(5) Codicis lectio est: κάρηρος δὲ ἀκρωτήριον εύοιάς μεταξύ σκύρου . . . .

veterum testimonia(1) confirmant, inter quae id quoque est, quod in scholiis(2) reperitur sub ejus nomine.

Neque aliter de Lysimacho(3) nobis judicandum est, qui in scholio ad Troades 31 duos hexametros τῆς Τλον πέρσεως:

Θησείδας δὲ πόρε δῶρα κρείτων Ἀγαμέμονος  
ἡδὲ Μερεσθῆ μεγαλήτορι ποιέντι λαῶν laudat.  
In nostro scholio enim non tam presse poetae  
verba Lysimachus respicit, ut necesse sit, putemus citata  
verba e commentario ad Troades fluxisse neque omnino  
de grammatica illius industria traditum est (4); immo  
ubicunque ille nominatur aut historiarum auctorem se  
praebet(5) aut quae nobiscum titulo libri omissa com  
municat ex historico opere deprompta sine dubio sunt,  
nam quae in schol. ad Phoen. 26 de Sphinge ipsius  
tragoediae verba nihil respiciens narrat, e libro de rebus  
Thebaicis desumpta esse mihi videntur, ad Hec. 892  
autem diem, quo Troja diruta est et ad Andr. 880  
Helena liberos a Lysimacho edocemur. Quas res perbene

(1) At, Vossio hist. gr. p. 98 allatis addo Athen. XV. p. 699 D αἱ περὶ Ἀτταλον ἵστοριαι.

(2) ad Arist. Eqq. 84 et Lysistr. 808, ubi sine dubio noster pro Cleanthe legendus est.

(3) cf. Cap. I. §. 7.

(4) Locus qui solus meae sententiae obstat in Hesychii lexico est σκῦρος ἀργαλίδης. Λυσίμαχος τὴν λατύπην, sed cum Hesychius omnino validus testis non sit, quia unicus codex Ms. isque seculi MDI extat et multifarie recentiore manu interpolatus, tum locus, qui hic agitur, valde corruptus esse videtur, nam σκῦρον, morterium, quod ἡ λατύπη significat, in voce σκῦρος forsitan lateat, quid sit autem ἀργαλίδης, me nusquam compere possumus fateor.

(5) ad Eur. Hipp. 545 ἐν τοῖς Θηβαϊκοῖς πάσαδέσιοις et ad Soph. Oed. Col. 91. ἐν τῷ τρίτῳ τῶν Θηβαϊκῶν.

in historia Troica locum habere quis est, qui neget?  
Quin etiam in hoc libro τῶν Τροικῶν illos versus τῆς  
Πτολεμαίου πέρσεως laudatos fuisse censuerim.

## §. 4.

Majore autem specie veritatis videtur sententia de Aristophane Byzantio commendari, illum commentarium in Troades scripsisse, qui nominatur in scholio ad 44 (1), at accuratius re perspecta non possum, quin Aristophanem in fabulum nostram commentatum esse negem. Nam ibi scholiastes, qui futurum Atticum γαμεῖ non cognoscit, praesens tempus pro futuro positum esse explicat, cum Cassandra, de qua sermo est, virginitate spoliata jam non sit (2) simulque Aristophanem hanc rem ex hoc versu:

τὸν δὲ δὴ Αἰνείαο μή τρώεσσιν ἀνάξει  
conclusisse adnotat, qui sine dubio carmini epico vindicandus est eique posterioris temporis, cum vocem μή apud Homerum, qui semper forma μλα utitur, frustra quaeras, quia vocula μή tantum Jonicae dialecti minoris est. Quod carmen epicum explicans Aristophanes hanc observationem de Cassandra fecisse mihi videtur, nam cui illius grammatici in epicis carminibus posita industria incognita sit, nemo est. Porro ad 822 in codice Vaticano iterum Aristophanis nomen legitur, ubi quid

(1) γαμεῖ: ἀντὶ τοῦ γαμήσει. σεσημείωται καὶ μητέρει αὐτῆς οἰκουμένης. ὑπάπτευκε γάρ Ἀριστοφάνης ἐκ τούτου· τοῦν δὲ δὴ Αἰνείαο μή τρώεσσιν ἀνάξει.

(2) nam aut hanc vim in voce οἰκουμένης esse aut διακεκριθευμένης, cf. schol. ad 483, legendum arbitror.



dubium? merito Gdfrd. Hermannus(1) Antiphanem emendavit. At sumamus Aristophanem Byzantium nominari, hoc scholium non aliter explicare possumus, quam hoc modo: Aristophanes autem Ganymedem Laomedontis filium dicit, qui id collegit e loco sequenti poetae aliquius. Quod Aristophanes perbene in commentario ad Iliadem dicere potuit, ubi(2) Ganymedes Trois filius vocatur, certe nulla ratio est, quae nos cogat, ut hanc notam Aristophanis e commentario ad Troades depromptam esse arbitremur. Quamquam minime obloquor illum alias sedulo Euripidem illustrasse ita ut praecipue criticam aestheticam quam nostrates vocant adhiberet, ut ad Or. 478, Hipp. 170 et 607. Attamen scholia ad Or. 703, 1030, 1274 potius redactionem Euripidis indicaverint.

Porro Eratosthenes in schol. ad 1175 citatur, qui *μῆπος* genus quoddam crines tondendi esse explicat, qua in re non tam accurate in Euripidis verba inquirit, ut movear ad ejus commentarium accipiendum. Quin etiam ad Med. 2. Eratosthenes ἐν γεωγραφονυμέσι adducitur, cui libro nostra observatio perbene convenit nec minus ad Hec. 569 historia τῆς φύλοβολίας.

(3) cuius sententiam egregie sustentat Vater, vindiciae Rhesi tragoeadia p. CLV: est vero, ni fallor, comici fragmentum, sive Aristophanis sive Antiphanis, et ultimo versu irrideri puto morem tragicorum, nomina propria ab etymis derivandi. Huic usui apertissimum nomen erat Λαομέδον ob duplitem vocis λαός significationem. Itaque alteram vocis significationem posuisse puto comicum hoc sensu: στέγης ἐν τῇδε μὲν

ὅ τῶν Φρεγυῶν τύραννος οἰκῶν τυγχάνει,

λιθων ἀπ' ἀρχῆς Λαομέδων καλούμενος.

(4) Σ. 266 et Τ. 232.



## §. 5.

Jam superest, ut de Parmenisco verba faciam. Qui mihi ad commentatorum numerum pertinere videtur. Nam quamquam in nostris scholiis ad 218 Sicilian Phoeniciae oppositam esse et ad 225(1) duos fluvios nomine Cratidis in Peloponneso et in Italia extitisse enarrat atque in schol. ad Med. 276 historici quoque partes agit, tamen haec non historicō operi, sed commentariis vindicanda esse contendō, cum illum historiis narrandis(2) operam dedisse nusquam quidem, industriam commentatoris autem adhibuisse permultis locis veteres nobis trādiderint. Sic illum criticum manifestant scholia ad Il. Θ. 513, ubi Cratetis adversarius et Aristarcheus appellatur, et E. 638, A. 424, Ξ. 249, in quibus cum Aristophane et Aristarcho memoratur; sic ex Etymologico Magno v. Ἀρέω accepimus illum in Iliadis Σ. 100 ἐμεῖο δὲ ἔδησεν pro ἐμεῖο δὲ δῆσεν legisse; sic ibidem v. Ἀργαρῆς de orthographia hujus verbi illius sententia adducitur. Sed non in Homerum

(1) Quod scholium magnopere corruptum hunc in modum emendavi: Κράθις: Δυό εἰσι Κράθιδες, ὡς Παρμενίσκος φησίν. ὁ μὲν εἰς τοῦ Ηελοπονησου τὰς πηγὰς ἔχων μεστρύνεις Ἀρμαδίας, ὃς συμβάλλει τὸ θύδων καὶ τῷ Ἀλφειῷ. φέταν τις ἐπὶ πολὺ ἀναδεύηται οὐ σήπεται οὐδὲ αἱ αὐτοῦ τρίχες, αἱ ἄλλως φθανοῦσιν εὐγωνισται· ὁ δὲ ἐν Ἰταλιᾳ, οὐ νῦν μεμνηται ὁ Εὐριπίδης, ἐν φέταν τις λουσηται, λειπασμένος ἀν εἴη σῶμα ὡς δοκεῖν ἥλισθαι καὶ τὴν τρίχα αὐγεῖν· ὡς ἐν ὅλιγαις ἥμι-  
γαις τὸν λουσόμενον ἐν αὐτῷ πυρρότριχα εἶναι· φέται δέ φασι τὸν μὲν Κράθιν τοῦτο ποιεῖν, φέται δέ τὸν δὲ ἐν Τροΐᾳ Ξάν-  
δον, ἀφ' οὗ καὶ ὀνομάζεται Σκάμανδρος ὁ καλούμενος,  
τὸν δὲ Εὐριπίδην ἐπὶ τοῦ Κράθιδος φασι τοῦτο μετενηροχένται.  
Quae sequuntur recte se habent mutatis signis interpunctionis.

(2) Κυνικῶν συμποσίου auctor apud Athen. IV. p. 156 C est Pythagoreus ille Megapontinus, de quo Diog. Laert. IX. 20.

solum, quo perbene respiciunt, quae Stephanus Byzantius vv. Ἀλος, Ἐγνηα, Φθια a Parmenisco illustrata tradidit, commentatus est, sed etiam in Euripidem, quod etiamsi nostris scholiis quidem ad Troades non confirmatur atque quamquam quae in scholio ad Rhesum 528 a Parmenisco explicata legimus e commentario ad Arati γαυρόνεα, quem ab illo scriptum esse, Hyginus dicit, esse possunt, tamen scholiis ad Rhes. 523 (1) et Med. 10 demonstratur. Nam priore loco Parmeniscus vocem aliunde non cognitam προταύι Boeoticam esse nos docet, posteriore autem tam presse in Euripidis verba inquirit, ut non intelligam ubi hoc nisi in commentario ad Medeam facere potuerit.

Proinde unum commentatorem, quem Didymus et Apollodorus Cyrenaeus ad manus habere potuerunt, repemimus, quamvis non unicum hunc esse viderimus (2). Attamen qui hi alii fuerint, Apollodorus Tarsensis Timachidasne (3) aliasne id decernere me non posse fatendum est, quod me hac in re scholia Vaticana non adjuvant. Haec, quae mihi proposueram, lectori benevolo dedi, ac sufficient.

(1) Παρμενίσκος τὴν προταύην λέξιν Βοιωτικήν φησι καὶ μετ' οὐδεμιᾶς πίστεως. σημαίνει δὲ τὸ ἔμπροσθεν.

(2) Cap. I. §. 5.

(3) e quorum commentariis scholia ad Med. 169 et 171 profluxerunt.





36 2  
4, 36

96. 812.



	Inches	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20
	Centimetres	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20

## Farbkarthe #13

Blue      Cyan      Green      Yellow      Red      Magenta      White      3/Color      Black

AUCTORIBUS  
VATICANORU  
PIDIS TR

CAROLUS BR

PHIL.

BEROL  
TYPIS NIETA  
MDCCCX

B.I.G.